UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Alexandro. 194.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

næ naturæ modulo ſublimiora tibi animo fingas: ne alioqui cùm mediocribus etiam lapſus fueris, ſublimiùs exaggeretur tua calamitas.

Lampetio Epiſcopo. 192.

Magnum reuera pietatis ſacramentum eſt, quemadmodum etiam ſacrorum antiſtes Paulus ſcripto prodidit: non quòd omnino incognitum ſit, ſed quòd à nemine comprehendi queat. Omnem quippe, & ſermonis & mentis vim excedit. Nam ſi puerulus matrimonij fructus eſt, quonam pacto virgo matrimonij fructum edidit? Quonam pacto id quod interitui obnoxium eſt, cum eo quod interitum neſcit, copulatum eſt? Quonam pacto in eo quod circunſcriptum eſt, id quod a circunſcriptione alienum eſt, intelligitur, ſic inquam vt nec diuina & labis omnis expers natura decrementi quicquam patiatur, & quod mortale eſt, modo quodam, qui nullis verbis exprimi poteſt, omnémque interpretationis vim ſuperat, honorẽ accipiat? Quonam pacto, qui paſſus eſt, ſalutem attulit: qui mortem oppetiit, excitauit; qui contumeliis affectus eſt, ſummo honore condecorauit; qui cruci affixus eſt, ab execratione eripuit; vel, vt rectiùs loquar, peccatum ac mortem in crucem ſuſtulit.

Theodoro. 193.

De rebus parum honeſtis in ſuſpitionẽ venire, his quidem, qui ad virtutis arcem peruenerũt, maximæ calimitatis loco eſt: iudicari autem, honeſtioribus & grauioribus: deprehendi verò, iis quoque qui ſtupore atque indolentia laborant.

Alexandro. 194.

Qui rerum earum cauſa ob quas gratiã habere debent, alicui ſuccenſent, omnes ingratitudinis terminos excedunt. Nam cùm, ſi rebus ipſis nequeunt, grata ſaltem oratione vicem rependere teneantur, ipſi contrà crimina concinnant.

τάζου, ἵνα μὴ μεγαλοφυέστερον ἐκτραγῳδηθῇς, ἐκπεσὼν καὶ τῶν μετρίων.

Λαμπετίῳ ἐπισκόπῳ. ρϟβ.

Μέγα ἐστὶν ὄντως τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ὡς καὶ ὁ μυσταγωγὸς ἔγραψε Παῦλος, οὐχ ὡς ἀγνοούμενον παντάπασιν, ἀλλ᾽ ὡς οὐδενὶ ἐφικτόν. παντὸς γὰρ ἐπέκεινα καὶ λόγου καὶ νοῦ καθέστηκεν. εἰ γὰρ γάμου καρπὸς τὸ παιδίον, πῶς ἡ παρθένος καρπὸν γάμου ἔδειξε; πῶς ἡνώθη τὸ φθαρτὸν τῷ ἀφθάρτῳ; πῶς ἐν τῷ περιγράπτῳ νοεῖται τὸ ἀπερίγραπτον, οὔτε τῆς θείας καὶ ἀκηράτου ἐλαττουμένης φύσεως, καὶ τοῦ θνητοῦ ἀφράστῳ τινὶ λόγῳ καὶ ἑρμηνείας κρείττονι τὴν τιμὴν δεχομένου; πῶς ὁ παθὼν ἔσωσε, καὶ ὁ ἀποθανὼν ἤγειρε, καὶ ὁ ὑβρισθεὶς τετίμηκε τῇ ἀνωτάτω τιμῇ, καὶ ὁ σταυρωθεὶς κατάρας ἐξήρπασε, μᾶλλον δὲ τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὸν θάνατον ἐσταύρωσε.

Θεοδώρῳ. ρϟγ.

Ὑπονοηθῆναι ἐφ᾽ οἷς οὐ προσῆκον, τοῖς μὲν εἰς ἄκρον ἀρετῆς ἐληλακόσι, μεγίστην ἔχει συμφοράν. τὸ δὲ καὶ κριθῆναι, τοῖς σεμνοτέροις. τὸ δ᾽ ἁλῶναι, καὶ τοῖς ἀναλγήτοις διακειμένοις.

Ἀλεξάνδρῳ. ρϟδ.

Οἱ ὑπὲρ ὧν χάριτας εἰδέναι ὀφείλουσιν, ὑπὲρ τούτων ἐγκαλοῦντες, πάντας τοὺς τῆς ἀγνωμοσύνης ὑπερβαίνουσιν ὅρους. δέον γάρ, εἰ καὶ μὴ ἔργοις οἷοί τέ εἰσι, λόγοις εὐχαρίστοις ἀμείβεσθαι, ἐγκλήματα ῥάπτουσι.

Τῷ